



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1535

VD16 B 9759

Quomodo catabaptistae quidam diuitias spernant

urn:nbn:de:hbz:466:1-35433

quam tu huc trahis, maiorē causam habet quā rem
 externam. SIMON. Quomodo uero tu diuitias
 res externas dicis, quæ hominem excludunt regno
 cœlorum? Nam Christus facilius dicit esse ut Camelus
 per foramen acus transeat, quā diues in regnum cœ
 lorum. IOIADA. Non latent nos falsa suspi
 ria & Crocodyli lachrymæ, quas leues isti catabapti
 stæ fundunt, quum diuitias damnant, non secus quā
 olim uulpes pira quæ consequi non poterat. Diuitiæ
 in se neq; bonæ sunt neq; malæ, usus uero malus aut bo
 nas facit. Oculus enim tuus si simplex & lucidus fue
 rit, totum corpus lucidum erit: si uero oculus tuus fue
 rit nequam, totum corpus tenebrosus erit, Matth. 6.
 Si ergo diues fidelis est & pius, diuitiæ, quas habet,
 bonæ sunt, idq; propter usum bonum. Si infidelis est
 possessor diuitiarū, diuitiæ eius malæ sunt, Luca 16.
 Hos ergo taxat Christus, quum de Camelo & forami
 ne acus similitudinem inducit. Innumeri fuerunt et in
 ueteri et in nouo testamento, qui in magnis diuitijs a
 mici dei fuerunt non uulgares, Noë, Abraham, Loth,
 Isaac, Iacob, Iob, Ioseph etc. Et hi in medijs diuitijs syn
 cero corde & summa cū fide deo adhæserunt, et re
 gnum dei introierunt. Vide quid de hoc sentiat &
 scribat Paulus 1. Timoth. 6. Nihil ergo moror quid
 hic blaterent hypocritæ, quum diuites plurimum pro
 desse & benefacere possint pauperibus, quæ occasio